

Appendix. — Europa Nro. 52.

## Regnum Mortuorum.

*Litterae Familiars.*

Inter Vivos et Mortuos.

Certus Quaestor ad Georgium Henricum Sieveking ad Eli-  
sium.

*Ex Mundo 14. Junii 1808.*

Legebam novissime horis otiosis, quales nunc commercium multas habet, qualis, quantusque Georgius Henricus *Sieveking* in vita commerciali fuerit, ut in me enatum sit desiderium, hunc virum in memoriam revocandi, eum trans tumulum exquirendi, et negotia mea eidem credendi. Ignosce igitur Domine *Sieveking*, quod quietem tuam turbare praesumam; quam felices sunt illi, qui nunc quiescunt. Mitto tibi considerationes meas super moderno commercii statu, et de influxu ejus in eos, qui hoc vitae genus sequuntur.

Constanter ego gestabam instar speculi prae oculis hanc sententiam: — „Qualitates unius boni, habilis, et praestantis sodalis Mercatoris sunt: Firma corporis constitutio, ut fatigia, quae saepe in commercio occurrunt, aut etiam sedentariam vitam sustinere possit; dein virtutes morales, utpote timor Dei, providentia, amor veri et recti, humilitas, affabilitas, vigilantia, sobrietas, taciturnitas, fides et honestas tam erga suum Dominum, quam Proximum; industria infatigabilis, et indefessa cura eorum, quae de tempore ad tempus eidem committuntur, temperantia, mundities, moderamen et patientia erga morosos Principales, aut luridos Consodales, prout etiam in itinere.” Haec libertas est quidem longa, ad me tamen in tota sui extensione applicabilis; Absque jactatione sit dictum, ego totam hanc probam sustinui; hinc non vereor ego, si quis mihi hanc imaginem ostendat, aperta fronte dicere: *Ecce homo!*

Sed quid tandem ex toto hoc speculo fiet, si tantas, tamque aestimabiles virtutes absque utilitate, et applicatione reflectat? Vivimus tempora; ubi ob impeditum omne commercium ipsa Canonisatio in linea commerciali inutilis foret. Continens Europae per despotismum Anglorum maritimum a mari praeclusus est, ut vix quaestus littoralis exerceri possit. Finge tibi desperationem communem, quae ex hoc rerum statu necessario sequi de-

bet. Duplex erat mercium classis, quas Anglia commercio Europae subministrabat, utpote *Industrialium*, et *Colonialium*. Illi, qui primae classis mercibus quaestum exercebant, possunt defectum mercibus domesticis, gallicis, austriacis, aut helveticis supplere; si enim merces anglicae haberi non possunt, cogentur tandem homines emere domesticas, et Quaestori idem est, seu ex hoc, seu illo lucrum habeat.

Sed quid faciet Mercator mercium colonialium, quid ille substituet? In omni civitate, urbecula, et oppido in omni propemodum tertia domo est foenix *materialis*, in qua Caffee, Sacharum, et aromata venduntur; quid si hae merces amplius non adveniant, quid talis mercator vendet? An pro his etiam surrogata habemus? Quod triste praesagium pro tali Mercatore! — pro quavis tertia domo in urbibus, et urbeculis? — Ad otium damnatus, Nasonis *Tristium* cantare! Quid Mercatores, qui coloribus quaestum exercebant, facient? An quis adhuc surrogatum colorum reperit?

In Portibus Hollandiae, Germaniae, Russiae, Italiae, Galliae etc. obambulant mercatores otiosi, cum omni commercium interclusi sint. Subjecta eorum in Cancellariis sunt Principalibus suis oneri, cum nihil sit ad negotiandum, nihil ad generalem delictorum librum inducendum. Commercium omne adhaeret, et quod hinc inde provenit, est elemosina. Singulare prorsus futurum est Spectaculum, si omnes fornices, quae nunc mercibus colonialibus quaestum exercent, ob defectum mercium occludi; si Principales, qui antea ab summo mane ad seram vesperam laboribus obruebantur, nunc otiosi obambulare debeant, et Speculantes, qui antea omnes commercii angulos exquirebant, nihil, quod speculentur, habeant?

Etsi adhuc aliquis, quantumvis tenuis spei radius densas has nubes penetraret, quod hic rerum status haud dureret; Quod tractatus pacis agitentur; quod nuncii inter Galliam et Angliam frequentiores ultro citroque comissent; sed nihil de omnibus his vanis illusionibus; omnia sunt vanae spes, et lamenta; pax videtur in dies refugere, et Europaei multis adhuc carere debebunt. His praemissis, et ad captum demonstratis, quid jam nunc sodalibus Mercatorum restat? cum omnibus suis qualitatibus, et virtutibus quo se vertant, ut eorum usum habere possint? Heu desperatam sortem! Ab aliquo tempore numerosa juvenus sese ad commercium applicuit, velut honorificum, et utile vitae genus; quivis voluit mercator fieri. Nunc legiones non tantum sodalium, sed ipsorum etiam Principalium venerunt extra activitatem; quorsum ergo sua ferant talenta?

Viden' vir egregie! praesentem sodalium Mercatorum statum, cujus finis praevideri non potest. Hic est vermis,

qui  
nos  
meu  
nime  
apud  
soler  
pom  
que  
nota

Coro  
Caro  
pella  
eran  
auth  
1) S  
in m  
dext  
rum

Prae  
Praf  
Praf  
10) I  
Arch  
venie  
bus ta  
mi C  
sus et  
riae,  
est p  
Regin  
ritu E  
et Sp  
depos  
cus P  
dictio  
religio  
public  
suum  
per un

S  
tor Ha  
mis Ju  
cio co  
mis d  
Quaes  
cursu

qui cor meum rodit, et animum meum dejicit. Hos internos animi cruciatus Collegis meis detegere nolui; sed cor meum plenum est, et ideo haec ad te scribendo eidem lenimen procurare volui. Haec fuit scribendi occasio, Ut apud mortuos solatium quaeram. Ergo de novitatibus, quae solentur, pauca tibi scribere possum; adeoque scribam tibi de pomposis festivitibus, quae cum prioribus lamentis utcumque in oppositis stant. Solatium hoc fero ex Bavaria, et notanter.

*Monachio 9. Junii*: Et quidem Solennia copulationis Coronae Principis Vürtembergiae cum Principissa Bavariae Carolina Augusta, quae obtinuerant 8. Junii in sic dicta Capella viridi aulica, quae ordine sequenti peracta est; Intererant functioni omnes ecclesiasticae, civiles, et militares auctoritates, quae serie sequenti in capellam processerunt. 1) Summus Cerimoniarum magister. 2) Rex et Regina, et in medio eorum Sponsa Principissa Carolina. 3) Ad latus dextrum Regis nonnihil retrorsum Capitaneus Praetorianorum Regis. 4) Ad latus sinistrum Reginae summus Aulae Praefectus Reginalis. 5) Coronae Princeps Carolus. 6) Aulae Praefectus Reginae. 7) Duae Damae Aulicae. 8) Suprema Aulae Praefecta Principissae Sponsae. 9) Damae Aulicae Reginae. 10) Damae Aulicae Serenissimae Sponsae. 11) Ministri et Archiofficiales bini et bini, qui omnes in Galleria viridi advenientes juxta praescriptam semet collocabant seriem, quibus taliter assignatas sedes occupantibus, Rege medio summi Cerimoniarum Magistri signo dato, Serenissimus Sponsus et Serenissima Sponsa, quam Coronae Princeps Bavariae, frater scilicet ducebat, praecesserunt; et mox secutus est primus copulationis actus, quem Concionator Aulicus Reginae, et Parochus Evangelicus Monachiensis D. *Schmidt* ritu Ecclesiae peregerat. Primo hoc actu peracto, Sponsus et Sponsa annulos suos ad patinam, huic fini destinatam, deposuerant, quam supremus Cerimoniarum Magister aulicus Parocho Catholico *Darchingger* tradiderat, qui Benedictionem ritu Catholico consumaverat. In utraque harum religiosarum functionum Principissa sponsa exspetierat prius publice consensum Augustissimorum Parentum, antequam suum assensum dedisset. Durante copulationis actu omnes per urbem pulsabantur campanae, tormentaque reboabant.

*Biographia.*

*Sievekink* (Georgius Henricus) erat celebris Mercator Hamburgensis, natus ibidem 8. Januarii 1757. Inde a primis Juventutis suae annis in domo paterna semet commercio consecrans, fundavit cursu temporis unam de leleberri-  
mis domibus commercialibus Hamburgi, Habuit principio Quaesum unitum cum Voghtiano, quae tamen duae domus cursu temporis semet separarunt. Genius mercurialis, quem

vir hic habebat; sublimes ideae ejus politicae, et oeconomiae publicae, atque philosophia vitae eum virum beatum efficere debebant. Profuit is Patriae suae non tantum ut exemplum industriae, et liberalis genii commercialis, sed praefuit etiam cum laude, fide integra, et honestate pluribus publicae Administrationis ramis. Erat unum ex optimis membris Societatis, quae pro promotione scientiarum, utiliumque artium instituta fuerat; erat Consultor, Adjutor, et Auxiliator hominum omnis classis. Per collectionem Materialium pro perfecto, et sistematice jure cambiali applicative ad Hamburgum, aliaque diversa scripta, et fragmenta de luxu, virtutibusque, et felicitate civili vulgatis, sibi nominis celebritatem, ubi Hamburgensi multa commoda procuravit; ac praesertim per id, quod qua Ablegatus ad Rempublicam gallicam, per providam agendi rationem, et connexiones suas eam ex periculosissima crisi salvaverit. Obiit in optima aetate 25. Februarii 1799, quem omnes, qui vera merita aestimare norunt, deplorarunt. Celebris Professor *Büsch* in memoriam ejus aliqua vulgaverat.

*Sutor in Parnasso.*

Notum est; sutorem quemdam Parisiis tragaediam, sub titulo: *Oppugnatio Palmirae*, scripsisse Poetarum alter vulgaverat typo litteras ad eundem, in quibus ipsi gratias agit, quod ad Parnassum usque eluctatus fuisset. Gaudebunt desuper Homerus, Anacreon, Ovidius, et Virgilius, quod tandem in Parnasso calceos habituri sint.

Decretum Napoleonis, quo *Juntam* Hispaniae Bajonnam evocat, haec continet: Cum Rex et Principes nobis jus suum ad coronam Hispaniae cesserint; prout Tractatus eatenus 5. et 10. Maii initus, et promulgatis *Juntae* et Consilii Castiliae probat; decernimus, et mandamus, quae sequuntur: 1) Conventus Primorum Regni, quem Governor Generalis Regni jam convocaverat, conveniet pro 15. Junii Bajonnam. Deputati adferent secum Vota, postulata, et gravamina eorum, quos repraesentant, prout etiam Plenipotentiam pro defigendo fundamento Constitutionis Monarchiae. — 2) Patruus noster M. Dux montanus fungetur ultero munere Governor Generalis Regni Hispaniae. 3) Ministri, Consilium Status, Consilium Castiliae, omnesque civiles, religiosae, et militares Jurisdictiones interim confirmantur; formaque, et ordo Juris prior permanebit. 4) Consilium Castiliae curabit hujus Decreti, ubi necesse judicaverit, promulgationem, ne quis semet ignorantia excusare possit. — Igitur 15. Junii Junta erit Bajonnae, et circa initium Julii resciemus, quid deliberaverit; interim patientia.

econo-  
eatum  
um ut  
s, sed  
pluri-  
x opti-  
arum,  
ljutor,  
m Ma-  
adpli-  
menta  
bi no-  
a pro-  
Rem-  
t con-  
bit in  
meri-  
üs ch

diam,  
m al-  
ipsi  
isisset.  
t Vir-

ajon-  
nobis  
ctatus  
Con-  
e se-  
nator  
Junii  
a, et  
leni-  
onar-  
ultro  
Mini-  
ne ci-  
oufir-  
Con-  
cave-  
pos-  
tiumt



ritou  
Hispa  
rum p  
rum  
ria es  
seu p  
nicam  
a pac

*Angli*  
imper  
frange  
conse  
in litt  
textu  
viis,  
domin  
repeti  
postu  
per se  
abfuit  
praesi  
*tina*,  
colloc  
quam  
nare,  
tendeb  
sequel  
sionum

*A*  
circun

vir hic habebat; sublimes ideae ejus politicae, et oeconomiae publicae, atque philosophia vitae eum virum beatum efficere debebant. Profuit is Patriae suae non tantum ut exemplum industriae, et liberalis genii commercialis, sed praefuit etiam cum laude, fide integra, et honestate pluribus publicae Administrationis ramis. Erat unum ex optimis membris Societatis, quae pro promotione scientiarum, utiliumque artium instituta fuerat; erat Consultor, Adjutor, et Auxiliator hominum omnis classis. Per collectionem Materialium pro perfecto, et sistematico jure cambiali applicative ad Hamburgum, aliaque diversa scripta, et fragmenta de luxu, virtutibusque, et felicitate civili vulgatis, sibi nominis celebritatem, ubi Hamburgensi multa commoda procuravit; ac praesertim per id, quod qua Abligatus ad Rempublicam gallicam, per providam agendi rationem, et connexiones suas eam ex periculosissima crisi salvaverit. Obiit in optima aetate 25. Februarii 1799, quem omnes, qui vera merita aestimare norunt, deplorarunt. Celebris Professor *Büsch* in memoriam ejus aliqua vulgaverat.

*Sutor in Parnasso.*

Notum est; sutorem quemdam Parisiis tragaediam, sub titulo *Oppugnatio Palmirae*, scripsisse Poetarum alter vulgaverat typo litteras ad eundem, in quibus ipsi gratias agit, quod ad Parnassum usque eluctatus fuisset. Gaudebunt desuper Homerus, Anacreon, Ovidius, et Virgilius, quod tandem in Parnasso calceos habituri sint.

Decretum Napoleonis, quo *Junta* Hispaniae Bajonnam evocat, haec continet: Cum Rex et Principes nobis jus suum ad coronam Hispaniae cesserint; prout Tractatus eatenus 5. et 10. Maii initus, et promulgatis *Juntae* et Consilii Castiliae probat; decernimus, et mandamus, quae sequuntur: 1) Conventus Primorum Regni, quem Governator Generalis Regni jam convocaverat, conveniet pro 15. Junii Bajonnam. Deputati adferent secum Vota, postulata, et gravamina eorum, quos repraesentant, prout etiam Plenipotentiam pro deligendo fundamento Constitutionis Monarchiae. — 2) Patrius noster M. Dux montanus fungetur ultro munere Governatoris Generalis Regni Hispaniae. 3) Ministri, Consilium Status, Consilium Castiliae, omnesque civiles, religiosae, et militares Jurisdictiones interim confirmantur; formaque, et ordo Juris prior permanebit. 4) Consilium Castiliae curabit hujus Decreti, ubi necesse judicaverit, promulgationem, ne quis semet ignorantia excusare possit. — Igitur 15. Junii Junta erit Bajonnae, et circa initium Julii rescimus, quid deliberaverit; interim patientia.